

CONJUGIUM FELIX
VIRO

Per-Reverendo, Clarissimo atq; Doctissimo

**DN. DANIELI
KOEHLERO,**

Ad Æd. B. Virginis hic Thorunii Ecclesiastæ
fideliter merenti,

Ejusque
Sponsæ lectissimæ,
VIRGINI

Pudicæ, omnibusque sexûs sui virtutibus
decoratæ,

CONSTANTIÆ,
VIRI

Spectatissimi Consultissimique

**DN. JOHANNIS
WENDTII,**

Spectabilis Collegii Scabinalis Neopolitani Vice-
Magistri dexterrimi, Filix unicæ ac
perdilectæ,

Anni 1708 die 7mô Februarii, ipsâ scilicet nuptialis
festivitatis luce, apprecatur

MINISTERIUM THORUNIENSE.

THORUNII,

Impress. Johannes Conradus Rügerus. 1708.



U*i pia, cui prudens, cui comptaq;* con-
tigit uxor,

Vitam is Divino munere lætus agit.
Talis sponsa hodie datur en Tibi, Mysta
verende,

Grande Tibi donum *cælitus* illa datur.
Gratulor hinc *istam* concessam Numine
sponsam,

Conjugium & felix *auguror,* atq; *precor.*

*Verbis paucis bona plurima Honoratissimi Domini Collegæ
nuptiis totâ mente comprecatur*

EPHRAIM PRÆTORIUS,

Ecclesiar. Thorunenſ. SENIOR, & ad
Æd. B. Virg. PASTOR.

CUj vegetæ defunt vires, cuj vena fenescit,
Scribere condignum non solet ille metrum.
Me senium turbat, mihi non sunt otia vitæ,
Ut possim pulchris verba ligare modis.
Qvotidiè morior, Tibi fed *Symmysta colende,*
Mortua non scribo carmina: Vota fero.
Ut DEUS ex alto cæptis benedicat & ausis,
Et tædis inſit vita vigorq;ve tuis.

Non

Non pereat sincerus amor, benedictio diva,
Vos beet, & ditet prosperitate domum,
Gloria vos tandem cœli sine fine coronet,
Post feros annos, Nestoriosque dies!

Scrib. Anno ætatis LXXV.
Sacri Ministerii. L.

Hac integro corde precatur & vivet

MICHAEL Ringeltaube/ Senior
Ecclesiastes Teuto Polonicus Thorun Neopol.

Ad

*Pl. Rev. Dn. Neonymphum
Collegam & Amicum charissimum.*

Conjugium felix, quod amor conjungit amicus,
Quod Pietas firmat, consociatque Fides.
Hic nexus, triplex tanto constantior audit:
Quò DEUS est major Conjugii ipse Parens.
Funiculus triplex densatus rumpitur ægrè;
Quæ jungit triplex copula, firma manent.
Omen erit felix, cum jam, *Collega colende,*
Talis Conjugii fœdera sancta subis.
Te Sponsamq; tuam condigno sanguine natam
Jungit Amor, Pietas, jungit & ipsa Fides.
Promptè de tanto Tibi grator munere lætus:
Trinum perfectum sit maneatque precor.
Et quæ mens humana potest superaddere vota
His addat, quæ nunc promit abundus amor.
Sancta Trias vestris semper conatibus adsit!
Sancta Trias vestras audiat usque preces!
Sancta Trias vestros Natos ferosque Nepotes
Servet & in cœli Regna beata vehat!

Ita ex animi sententia vovet

M. GODOFREDUS WEISSIUS,

B

ad D. Mar. Ecclesiast.

Wenn die Tage langen/
 Kommt der Frost gegangen
 Härter / als zuvor ;
 Mit der Sonnen steigen/
 Und der Strahlen neigen
 Von dem Sternen = Chor.
 Dann fangt an das friehren
 Manchen zu vexiren/
 Der nicht vor bedacht :
 Wie er wär versehen
 Für des Winters blehen/
 Mit der warmen Tracht.
 Wiesen / Berge / Wälder/
 Die bekrohn'ten Felder/
 Die uns sonst erfreut/
 Liegen ganz entkleidet/
 Mit dem Schnee bekreydet/
 In der kalten Zeit.
 So gar das Gefieder/
 Singt nicht seine Lieder
 Wie zuvor geschehn :
 Auch Neptunus Wellen
 Mit den grausen Wellen/
 Als entgeistert stehn.

Was dem ist für Wunder!
 Daß der Mensch jekunder/
 Die verkleinte Welt/
 Sich bey Winter Lüfften/
 Zu den warmen Grufften/
 In die Stuben stellt.
 Er Mein Herr sucht heuer/
 Durch der Liebe Feuer
 Das entwärmte Herz/
 Die verstaunten Glieder/
 Zu erwärmen wieder/
 In dem Ehe = S. Herz.
 Wohl! Er hat ersehen/
 Was recht kan bestehen
 Für der grösten Kält ;
 Was Ihn kan erquickten/
 In der Noth beglücken/
 Und die Wärm' Ihm hält.
 Nun / so wärmt Euch immer/
 In dem Ruhe = Zimmer/
 Bis / wornach Euch bangt/
 Durch das keusche Wärmten/
 Durch das süß' unbarment/
 Ihr beyd habt erlangt.

Seinen so willigen als schuldigen Herzens. Wunsch
 bezeugte hiemit

MARTINUS Dloff/
 Ecclesiastes Polon. ad D. Mar.

L Audibus innumeris Monachi sua vota celebrent :
 Vitâ nil melius cœlibe Papa putet!
 Ast ego non dubito, quin res sit honesta decensque,
 Legitimo Thalami jure coire duos.
 Ille quidem dicit, dum torquent pectora Curæ,
 Nemo potest purâ Mente vocare DEum:
 Verum, annon potius facienda ad Vota, Precesque
 Indubium est curas nos stimulare magis?
 Urget is, & Pauli Dicto sua verba tuetur,
 Vita cui cœlebs Virginitasque placet:

Sed SALVATORIS monstro paradigmate, castus
Quod nequeat Thalamus displicuisse DEO.

Ipse etenim Canæ Tædis interfuit: Ipse
Sic voluit præsens condecorare Torum:
Et cum non rectè fieri, potumque deesse
Cerneret, is liquidas in Mera vertit Aquas.

Sit bona Virginitas, concedo: Vincula verò
Casta Tori nullo rejicienda modo,

Si quis enim spernit socialis Fœdera Lecti,
Nec vult Conjugii tradere Colla iugo:

Hunc nil deterret, nisi tristia fortè pericla,
Custus quæ Thalamus plurima semper habet:

Ast hic non cernit, memori nec mente revolvit,
Quòd cœlebs quoque sit Vita referta malis.

Utrius ergo magis Tibi nunc sententia ridet?

Iudicium quæso dic mihi, SPONSE, Tuum.

Sed quid opus verbis, dubitans cur quærerere cœpi?

Annon id facto Tu satis ipse probas?

Tu nihil infidiis Satanæ, aut terrore moveris,

Qui quâcunqve potest Arte nocere, nocet.

Sed DOMINO fidens corde haud dubitante precaris,

Ipse Tui curam more Parentis agat!

Hoc quoque Virgineæ pars non spernenda Cohortis,

Quæ Tibi desponsa est, Virgo pudica, petit.

Sive Genus spectes, seu Formam, sive pudicos

Mores, ceu rutilans Gemmula, SPONSA, nitet.

Annuit Omnipotens Vobis, & rebus in arctis

Promittit promptam ferre rogatus opem.

Ipse ergo stabili nexû Vos jungat Amantes,

Atque Torum Donis impleat innumeris:

Is procul à Vobis pellat mala semina Litis,

Et quæcunqve Toro Monstra nocere queant!

Vivite

Vivite Nestoreos Annos, Pyladaeque senectam,
Germine ridenti pullulet iste Torus!

Scriptis toto Affectu.

SAMUEL Schönwaldt/

Ecclesiastes Neopolitanus.

Annō, quo suspiramus:

Magne DeVs PaCIs, BeLLonæ nos
fInat Ira!

DUm lecti sociam nactus sis dulce levamen,
Gratulor ex animo, Mystra verende, tibi:
Teque tuamque beet divina faventia Sponsam,
Omnigenæ fundat fertilitatis opes.
Qui coelum, terras, qui condidit omnia verbo,
Fortunet thalami vincla sacrata novi.
Vivite felices concordi pace ligati,
Et casta castam prole replete domum.
Quod dulce est Vobis crescat, decrescat amarum,
Floreat omne bonum, transeat omne ma-
lum.
Vos numerate, precor, multos aliquando
nepotes,
Qui discant summum nosse, timere DEUM.
Hæc mea vota sinas ô pondus habere JEHOVA,
Sic tibi perpetuò carmina grata feram.

Ita animitus gratulabatur

CHRISTOPHORUS RAZKI,

Ecclef. ad S. Georg.

Vilescunt

Vilescent concessa cito, sed dulcius hærent
Nobis, quæ longis sunt repetita moris.
Horas atque moras servat divina potestas
Illi dat serò, huic dat cito multabona.
Est expertus idem *Sponsus Venerandus*, & illi
Sero chorus patuit, serius ipse thorus.
Sed tamen hæc semper grato deprædicat ore,
Inprimis hodie, cum pia sponsa datur.
Sitis felices, mutuo fortes in amore,
Et seram prolem secla futura canant!

Confraternitatis Ecclesiasticæ ergo

GODOFREDUS CHOLEVIUS,
Pastor Gremboczynensis Rogoviensis & Leibiczenfis.

QVorum longa fides socialem nutrit amorem
Hos utrumque juvat, vivere sive mori.
Præstat conjugii concordis terminus arctus,
Quam graviter thalami tædia longa pati.
Quæ modo nupta datur *Virgo Tibi, Vir ve-*
nerande,

Respondet votis sponsa petita tuis.
Sat citò, nam bene, Tu socialia fœdera pangis
Divinare Tibi fata secunda potes.
Auguror, & quicquid fausti mens augurat, opto,
Scilicet & felix & bene vive diu!

fausti ominis ergò apposuit

JOHANNES HELD, P. Gursk:

Αυξητικόν gratulatorium.

CArmina dant alii, longo dant ordine vota,
Non prolixus ego, sed brevis esse volo.
Sint rata, Sponse, precor! quæ jam Tibi
vota fuere,
Eveniant votis & meliora tuis.

MICHAEL Ringeltaub / Junior,
Adjunctus in Ministerio Sacro Parentis.



JOHANNES H. P. G. G. G.